




Kat. numer.

39321

L

Maj. St. Dr. P

BIBLIOTHECA  
UNIV. IAGELL.  
CRACOVENSIS



# O R A T I O.

In laudem Sapientiae ac Gratiarum aetoria

PRO

# M A G I S T E R I O

In praesentia Magnae Hospitum Corona dicta,

à P A T R E F R A T R E

MICHAELE SIEYKOWSKI,

Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis CONCIONATORE,

dum ad eundem Gradum promovebatur

CUM ADMODUM REVERENDO PATRE S T. MAGISTRO

P. RAPHAELE CHYBINSKI,

REGENTE protunc Studij Gener; Crac: per Adm̄dū Reverendum  
ac Eximum Patrem S. Th. MAGISTRUM PRIOREM Con-

ventus Cracov: ac DEFINITOREM Capituli Generalis

P. JUSTINUM JAKIELSKI,

Anno Domini 1741. Die 5ta Septembris. 39321

I G.



Andem jam neolaureati Contheologi dum  
summum Scholastico Sacri sive Sacro-Scholastici quia  
Theologici Honoris concendimus gradum, non no-  
bis, neq; glorie nostre, (qua n à nobis longe esse vo-  
lumus,) sed Dignitati ac Eminentiae Sacre Theologiz  
applaudimus A.S. Meretur hæc plausus & Elogia,  
qua cum sit Divinæ particula auræ, quidquid hu-  
manis mentibus inspirat, id totum aliquid Divinum  
spirat, in sua Encomia lingvas etiam Infantum facit esse dilectas. Euphar-  
miones etiam & Memnones in suos animat plausus, dumq; in suæ præstan-  
tia admirationem animos mortaliū rapit, lumina de le cogitamina infra  
se ponit, & suâ Excellentiâ minora facit.

(1)

Testes

Hæc est

Hæc est supra aurum & lapidem pretiosum multò estimabilior, cum qua collatum quicquid pretiosissimum est, tanquam arena exigua in comparatione ejus ducentum. Hec pro luce habenda, Cujus inextinguibile lumen, hæc est bonum optimum, cum qua diligentibus se, omnia bene veniunt, & innumerabilis honestas. Hec est infinitus Thesaurus deluper datum hominibus, quō qui usi sunt, non abusi, participes facti sunt amicitiae Dei. Loquar plura in laudē. Theologia verba & sensus à Salomone mutuādo.

Est hæc Sacra Scientia à Deo inventum propter Terrigenas ad Cælum se erigentes munus, magna Divinæ naturæ portio, in qua est Spiritus intelligentiæ Sanctus, incoquinatus, bene faciens, vapor virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis Omnipotentis DEI sincera, Candor lucis Æternæ, speculum sine macula Dei Majestatis, & Imago Bonitatis Illius. Hec etiā sit una, omnia potest in se manens omnia renovat.

Hæc est Speciosior Sole, & super omnem dispositionem Stellarum luci comparata invenitur prior, Illi enim succedit nox, hanc autem non vincit malitia. Hæc est Doctrinæ Disciplinæ Dei & Eleætrix operum Illius. Si Divinitæ appetuntur in vita, quid hac locupletius? si justitiam quis diligit, hæc data est in coronam justitiae, quam reddit Dominus justus noster.

Theologia ac Sacra Scientia diligit laborantes, cum magnas habeat virtutes, sobrietatem enim & prudentiam docet, justitiam & virtutem instillat, quibus utilius nihil est in vita hominibus.

Hæc est ledium Divinarum alisætrix, quæ ab initio & ante sæcula ex ore Altissimi prodijt, cum Eo cuncta componens, quam quicunq; receperint, data est illis potestas Filios Dei fieri. Hæc est aurum ignitum quod superi laboribus & laborantibus vendunt, quod Possessores sui ita ditat, ut tandem appensi in statera, non inveniantur minus habentes.

Hæc animos hominum mole carnis gravatos, à terra ad Cælum elevat, à Terrenis ad superna erigit, à caducis revocat ad æterna, æternitatem meditari & mereri docet. Hoc est viatum germinans Virgines & cor hominis læticans, de cuius genimine inebriari, est adhuc sicut, quō incalcescere, est amore Dei inflammari.

Porrò condignis laudibüs & Encomijs inexplicabilis est Sacra Theologia Majestas, cūjus speciem & decorem cum nos adamaverimus, & illi Doctorali despontati exticerimus annulo, non nostris id meritis adscilcimus, sed superum Superiorumque gratiæ.

Unde primo laudare condecet Eum; Qui non ex operibus justitiae quæ fecimus nos, sed secundum tuam misericordiam fecit nos esse DOCTORES. Profundissimam ergo Creatori nostro indigoissimæ Cræaturæ pro omnibus tèm prævijs, quam simulaneis, quam concomitantibus auxilijs gratiarum actionem cum cultu Latræ, & omni nostrum etiam infra omne nihilum demissione

dmissione Tibi DEUS Ter Optime Maxime Substernimus, implorantes ut  
non nobis Domine, non nobis, sed Nomini Tuo des gloriam.

Advolvimus tandem cum cultu Hyperdulie ad Te & Sedes Sapientie,  
Illi, Qui plus est quam Salomon vera Mater Virgo Dei-Para MARIA, &  
Doctorales nostras Laureas plantis Tuis quibus Infernalem contrivisti Ser-  
pentem) substernimus, sic in profundum coram Te eadentes cultum, altius  
& robustius in defensionem intaminati Tui honoris surrecturi.

Fatemur tandem has Theologicas frontium nostrarum Cidares, non  
sine favorum vestrorum auspicijs pullulasie Sancti Dei omnes Celi Indige-  
tes. Benigno Tuæ gratiæ operante sydere, Magne ac Sancte Pater Domi-  
nicae. Affluentibus lympidis Angelicæ Tuæ Doctrinæ aquiss Aquinatice Doctor  
THOMA Divinissime, hæ nostræ Laureæ viruere.

A Te vero Campi Poloni Flos mirifice HYACINTHE odorem honoris  
& honestatis attraxere. Vobis ergo & omnibus vobiscum simul Celi Co-  
hæredibus, atq; Angelicis Spiritibus has vireti Theologi Corymbos, cum  
cultu Dulie & perenni devotarum mentium Nostrarum gratitudine litamus  
& dicamus.

Tandem se Honoris Theologici Eminentia, ad Fimbriam Purpuræ Car-  
dinalitiae Antistitis Nostri Eminentissimi Pastoris inclinar, totam sui & hu-  
jus Aëtus licet absenti, præsenti tamen in cordibus nostris gloriam refert,  
Cui nos in vim gratitudinis nostræ in dedicatoria prorumpimus vota, ut  
in præsidium doctarum Mentium Eminentissimus honoribus, fortunatissi-  
mus successibus, incolumente longævus, in Tutamen Patriæ, in Decus Ec-  
clesiæ vivat quam diutissime.

Vos quoq; Insulanda Infulataq; Capita, Preciosæ Vavellani Tritegij Gem-  
mae Illusterrimi Prælati veneramur, in debitam laltum (etsi Vestris favoribus  
non condignam) Gratiarum Actionis exhibitione perennem nostram ad que-  
vis obsequia Vestra spondemus obligationem. Sub triplici Corona, gloria  
& honore coronet Vos Dominus, ut cum apparuerit Princeps Pastorum,  
percipiatis immarcescibilem Gloriæ Coronam.

Fæcunda Doctorum non minus ac Sanctorum Virorum Mater, in qua  
mirabilis facta est Scientia, in qua fulgent Docti quasi splendor firmamenti,  
& quasi Stellæ in perpetuas æternitates. Lautiger laboriosorum pro Fide &  
Ecclæ Geniorum Nidus, Europeum non fucatæ scientiæ quæ inflat Lic-  
um, inconcussum solidæ Sapientiæ asylum, floridum Artium quarumvis  
Mulæcum, maximum Orbis Poloni Decus, Generalis Regni Sarmatici Schola,  
Universitas Cracoviensis, dum huic Aëtui Academico Candore ornamen-  
& Philadelphico afficit a laetet plausum, nos Laureas Theologicas Scep-  
teræ interiectimus Crucis, & hunc fontem ex quo eruditio mentium  
morumq; culturam hausimq; indeſinentis nostræ gratitudinis herbâ coronamq;.

Reverendissimi Patis Nostri Generalis Magistri, Sacrae Theologiae Professoris Patris Thomae Ripoll, aureas propter Paternum erga nos indignos suos famulos amorem, Tornatiles, propter dexteritatem in peragendis Sacri Ordinis Nostri negotijs agitatem, plenas pretiosis Magnorum in Ecclesia & Sacra Religione meritorum Hyacinthis Manus, ex quibus has Theologicas recepimus Laureas, reverentiali simulq; Filiali exoseulamur affectu. Quem Dominus conservet & felicem faciat in suam Gloriam & honorem, ut Thomas abyssales participet Gratias.

Nobilissimo Magistratu Cracoviensi, pro praestito gratiose per suam presentiam actui huic decoramento, in gratiarum actionem obligatam nostram profitemur gratitudinem. Vos enim constituit Dominus Judices & Praeside in Civitate Regis Magni. Ergo culmen Turris Vestra, ut celebretis Nomen Vestrum pertingat ad Cælum, fiatq; abundantia in Turribus Vestris.

Religiosissimis Sacrarum Familiarum Cætibus, exantatis in Vinea Domini Operarijs, laboriosis in Exedris Ecclesiasticis, Cathedris Scholasticis, Athletis, quod non grayatim præsentiam suam nobis exhibuerint & Theologicarum Laurearum frondes, & Nostras frontes in gratiarum actionem inclinamus.

Tibi hoc totum debemas, quod cum honore Doctorali recipimus Admodum Reverende ac Eximie Pater, Sacrae Theologiae Magister magne Doctrina & Sacris laboribus, non minus multiplicatis apud DEUM & apud homines meritis IUSTINE, PRIOR Dignissime, PROMOTOR nostrum Gratiolissime, scito & crede quod dum Capita Nostra Theologicis Corripasti Laureis, simul & corda in perennem obligationem obstrinxisti.

Ad vos etiam Qui estis Theologici Pars magna Senatus, fulgentes in firmamento Ecclesie Stellarum, Eburneæ Domus, Sapientia Columnæ, Civitas supra montem posita, Flores soliarum in diebus Vernis, Lilia quæ sunt in transitu aquæ, Sal Terræ, Lumina Mundi, resplendent in Templo Dei, Vasa aurea solida, Ornata omni lapide pretioso, Sacrae Theologiae Magistri, mea precificatur Oratio, in qua integer obligationis Nostre sensus est, sine terminante gratitudinem nostram periodo, ut qui nos in Vestrum gratiolose adscicatis numerum, augmentum Annorum sine decremento incoluntur.

Pulcherrima omnium Dignissimorum Hospitum Coronæ, in debitam Reverentiam tempora nostra inclinamus. Actuq; præsenti, non gratitudini nostræ, imponimus Coronidem.



Biblioteka Jagiellońska



StdR0019800

